

feratur atque ex eius probatione eaque in questiones sunt  
 posita confirmantur. ut si queramus qui diuino quoque  
 possit patientia. & omnem tractatum ab eadem trans-  
 feramus atque in eo quod quantum sit in omnibus & iam  
 in singulis ualere firmemus & pro hoc adsumitur quia  
 nota est idcirco ex transsumptione locus inconuenienti  
 uocabulo nunc cupatus est. quae transsumptio & in nomine  
 fit quotiens ab obscuro uocabulo ad notius argumentatio  
 transfertur hoc modo. ut si quaeratur an theologus sit  
 dolosus sitque ignotum quid theologi significet nomen.  
 Dicimus ad uocabulum notius transferentes non esse  
 dolosum quid deo semper ratio cinatur. Notius uero est  
 hoc uocabulum deo ratio cinari quam theologi.  
 Ac de his quidem locis qui extrinsecus adsumuntur idonee  
 dictum est restat ut de medijs disputetur.



**M**ediu enim loci sumuntur uel ex casu uel ex coniugatis  
 uel ex diuisione nascentes.

**A** Casus est alicuius nominis principalis inflexio in aduer-  
 bium ut a sapientia inflectatur sapienter. Casus

igitur est sapientia id uero quod dicimus sapienter ad uerbi;

**B** Coniugata uero dicuntur quae ab eodem id est a casu ducta  
 fluxerunt ut a bonitate bonus. haec igitur cum ipsa